



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

1. Sententiæ oppositæ, & affirmantis nostræ fundamenta leuiora.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

QVÆSTIO IV.

*An iustitia propria, & strictè vindic-
tina sit Deo tribuenda.*

Indicatio iustitiæ à distributiva, de qua proxime, materia solum differt necessariò, non forma præmiorum; quippe solum distributiva illa est; vindicatio vero, de qua in præfati, suppliciorum tantum distributiva est; & penarum: quare veraque distributivæ tota sua amplitudine acceptæ ambitu continetur; tamen ratione diversæ de veraque decissionis, & fundamentorum eius merito, vt diximus vtriusque quæstiones fuerint à nobis diluæ.

CERTAMEN I.

*Sententiæ oppositæ, & affirmantiæ no-
stræ fundamenta leuiores.*

Vindicatio, seu punitivam iustitiam propriam strictam denegant Deo, quotquot iustitiam strictam & propriam Deo vniuersim denegantur relati q. 1. cert. 1. num. 2. si duos inconsequentia notatos doctores excipias, qui iustitiam vniuersim Deo negata, distributivam tamen tota sua amplitudine acceptam ipsi concedunt. Ceterum Soarius d. de iustitia diuina sect. 5. tamen Deo iustitiam propriam speciatim distributivam præmiorum concedat; at verò penarum iustitiam in Deo non proprie vindicativam, seu punitivam esse admittit; sed solum specialem illam prouidentiam, & gubernatricem esse late contendit, eam generalem & c. vocans, ratione amplitudinis materiæ, ad quam legalis prouidentia; & gubernatrix Dei iustitia vltra penam pro demeritis iustificationem extenditur; non autem, quia non iustitiam strictam, & solum generalem, quæ omnem virtutem continet esse putat: quare non parum vt ait Ruiz d. 60. sect. 1. num. 1. sententia hæc ab eorum, qui iustitiam solum generali illa acceptione in Deo admittunt, sed vaide discordat. Quarta verò Molina Lect. 1. & Lorca sententia, quam hæc in re idem Doctor commemorat, qui vindicativam Dei iustitiam non proprie talem, sed partem eius potestatiuam esse volunt, quia ab eius proprietate deficit, eadem cum sententia est omnium negantium iustitiam strictam vniuersim, & consequenter vindicativam Deo: ij siquidem omnes ideo negant, quia puniendi peccata affectus, & exercitium, quare & inclinatio ab affectu, & inclinatione proprie vindicatiue iustitiæ deficit; tamen formam eius, & proprietatem aliquam seruet: ac proinde pars potestatiua vindicatiue iustitiæ in Deo sit, aduicque possit: id quod, nec Soarius negat; licet ab aliis negantibus differat, quod hi ad nullam specialem iustitiæ propriæ, & strictæ dicte speciem, sed solum potestatiuam ad vindicativam; Soar. verò ad specialem gubernatricem proprie acceptam pertinere contendat: quem sequitur Falol. dub. 56. vbi solum prouidentialem esse vult, & probat alios citans.

2. Secunda sententia iustitiam propriæ, & strictæ punitivam, seu vindicativam in Deo recognoscit: ita omnes qui distributivam proprie acceptam Deo concedunt relati à nobis q. 2. cert. 1. n. 2. circa med. versu ex aliis vero: in quibus Gonzal. Albelda, quibus inconsequenter ad suam sententiam iustitiam strictam & propriam vniuersim Deo negantem: sed ex his etiam qui distributivam iustitiam denegant Deo, punitivam, seu vindicativam iustitiam strictam, & propriam Deo specialiter concedunt.

Magister in 4. tota fere. d. 46. vbi S. Th. q. 1. art. 2. apud, & præfati quæstionem, 4. & art. 3. S. Bonau. art. 1. maxime q. 4. vbi Richard. & Carth. q. 1. præfati col. postrema, & quod magis mireris Durandus ipse, iustitiæ strictæ Dei impugnator generalis, propriam punitivam in Deo admittit ea d. 46. q. 3. fin. dicens, *Secundum iustitiam proprie dictam debet poni quæ pro merito intelligitur*. Consequenter etiam, qui vel ad commutativam, vel distributivam proprie eam reducunt, inferius citandi: item qui neutrum ex his propriæ acceptam, vel expresse sicut nos Deo concedunt: in quibus noster Ioannes Prapostius supra dub. 4. n. 16. versu *Respond. affirmatiue* (tamen n. 17. à proprietate iustitiæ vindicatiuam deficere doceat, quæ vindicatiua, iuxta propriam ipsius explicationem asserat tandem, vel eis limitationibus vtramque illam Deo concedunt, vt negare videantur ex quibus est noster Ruiz d. 60. quibus & nos vltro consentimus. An verò ad specialem iustitiam commutativam, an ad distributivam propriam, aut ad speciem alteram quam piam virtutis iustitiæ strictæ spectet? Scholasticis est quæstio, illi similis, quam de præmiorum distributione à Deo faciendâ, siue, quoad proprietatem, siue, quoad formam examinauimus q. 3. de quo cert. commutativam esse censuit Aureolus in 1. d. 46. art. 1. post 3. propositionem col. vlt. §. *est autem* Argentina in 4. d. 46. q. vn. a. 1. concl. 2. Sorus 3. de iust. q. 5. art. 4. ad 1. Arag. 2. 2. q. 6. r. a. 5. circa solut. 1. circa solut. primi argumenti Azor. tom. 1. Instit. moral. lib. 1. c. 10. q. 4. licet hic quodammodo solum iustitiam omnem propriam, quare, & hanc adco admittat, vt qu. 2. obseruabamus: vnde solum quoad formam, non autem quoad proprietatem iustitiam commutativam esse de vindicatiua admittit. Ad distributivam autem speciare insinuat Magister, in 4. d. 46. §. *sed quomodo*. Etiam S. Th. ibi q. 2. art. 2. ad 1. Rich. art. 1. q. 1. corpore post med. Scotus q. 4. sine Carth. q. 3. col. 2. Capreol. in 1. d. 45. q. 1. art. 1. ad arg. contra 14. concl. Caiet. 1. 2. q. 6. r. a. 4. §. vlt. Salas 1. 2. tom. 1. tit. 7. d. 7. n. 5. Nauarette 1. p. tom. 1. contr. 28. §. 6. versu *circum auctoritatem*. Ruiz noster citat d. 60. tota sect. 4. & 5. Alij verò vtramque commutativam scilicet & distributivam in puniendis damnatis exerceri à Deo censent. Denique Soarius & Falolus ad neutram spectare vindicativam sed ad gubernatricem & prouidentialem iudicant, vt vidimus n. 1. fundamenta harum sententiarum quatenus nostræ aduersantur subiciam inferius nostræ probatione satis debitata.

3. Leuia quædam pro affirmante nostrâ sententia circa quæstionem propositam præcipuum producenda sunt, ne quis eius veritatem non satis firmis fundamentis imponat. Et primum sit, quod ex frequentissimis scripturæ testimoniis desumitur, quæ specialissime in delictorum punitione, seu temporali, seu æterna iustitiam Dei exerceri clamant: quia ea semper redditur à Deo iustum: vt videre est Iob. 3. Esther 14. Itæ 59. Threnor. 1. Daniel. 9. Psal. 7. 9. 10. 57. 128. sap. 12. ad Rom. 1. atque alibi milles, quorum firmitati accedunt in eandem sententiam Patrum vel ea loca commentantium, vel libros de aliis scribentium, concors sensus & iudicium, Clem. vtrique Rom. & Alex. Nazianz. Tertul. Basil. Damasc. Ambros. Anselm. Chrysost. recitati à nostro Ruiz d. 57. lect. 3. & 4. Aug. 3. de liber. arbitrii. cap. 4. à med. 13. de Trinit. cap. 12. sub fin. quæst. 2. super exod. lib. 2. c. 143. inchoata exposit. epistol. ad Rom. vers. med. de natura boni c. 7. fin. 1. Retract. cap. 26. Greg. Magn. lib. 2. in 1. Reg. c. 2. sub med. 8. moral. c. 8. post med. lib. 2. 9. c. 5. ad id Iob. 38. *Auferetur ab impiis lux sua*, Fulgent. 2. de remiss. peccator. c. 6. sub init. c. 9. sub fin. c. 2. post med. Prosper. ad excerpta Genuens. dub. 6. August. de prædest. sanctior. c. 9. dicentem, *ex vno omnes esse in condemnationem siue dubitatione iustissimam* exponens dub. 6. & 8. ac rursus epist. 16. quorum etiam testimonia recitat idem Ruiz d. 60. lect. 2. à n. 8.

4. Ex his autem omnibus arguit Ruiz quod ea specialitate concordia, & frequentia à scriptura, & Patribus de aliquo asseritur, proprio, ac non metaphorico, tropico, ne sensu intelligendum est: atqui de punitione peccatorum à Deo iustam, atque ex iustitia esse his omnibus scripturæ, & Patrum concordibus, & frequentissimis esse, immo & iustissimam esse dicitur: ergo proprio sensu, ac non metaphorico, tropico, seu figurato sensu dicitur, debetque à Theologis intelligi, ergo de iustitia vindicatiua.

dua proprie & stricte tali. Respondere tamen facile potest, ut supra testimonio totidem pro commutativa, aut distributiva iustitia proprie tali: admissio toto syllogismo negando consequentiam secundam: quia, ut diximus ibi propria iustitia acceptio, & significatio multiplex est, nec unica pro iustitia propria, & stricta immo vero eius pro redditione aequalis propriam, & vulgarissimam omnium esse, etiam ea ex iure & debito in quibus stricte iustitia essentia fundatur non sit: quod solum a scriptura, & Patribus tot testimonio intendi certum videtur: siquidem ea solum ratio in eis assignatur: quod poena, & delictum iusta, id est ad aequalitatem sint; quin poena, & supplicium Dei excedat. Præterea, ut ex regula interpretandi scripturam constat, quodlibet Deo aliqua quantumvis frequentia in scriptura tribuuntur, quæ proprie accepta absurdum aliquid, ac Deum indecens continent, proprie, & simpliciter accipiendi non sunt, sed figurate, secundum quid, aut metaphorice: at reliqui affirmantis nostræ sententia Patrum in vindictiva iustitia stricte dicta aliquid indignum Deo contineri docent: nempe debitum non solum poenarum patiendarum in peccatore sed & debitum strictum actuum iustitiæ eos puniendi in Deo (ut in rationis communis solutione dicemus) quod nec in Deo est, nec Deum decet, ergo in eorum doctrina maior syllogismi firma non est: nec sine distinctione admittenda, sicuti & minor ex quibus consequentia ad rem præsentem non tenet.

5. Communis ratio reddere iniquis debitum supplicium, tantumque quantum meretur eius iniquitas honestum est, & virtutis specialis, tam in supremo iudice Deo, quam in creatis iudicibus: atqui ad nullam aliam ex moralibus spectat: ergo ad iustitiam vindictivam strictam, & propriam. Confirmatur: quia, si in poena, quæ excederet merito delicti, à Deo, quæ iudice (nec solum, quæ supremus creatorum Dominus est) iniuste stricte, seu contra strictam iustitiam Deus ipse ageret: ergo adæquatione poenæ, quam, ut iudex, Deus infligit ad meritum delicti ex stricta iustitia vindictiva se gerit: confirmationis huius argumentum irrefragabile iudicat Ruiz lect. 3. nu. 18. Sed eadem solutione vtrumque evanescet, & primum diluimus in simili q. 3. cert. 2. n. 4. asserentes in præmiandis ad exactam aequalitatem iustorum meritis virtutem, procul dubio, aliquam à Deo exerceri, quæ ad nullam aliam quæ iustitiæ strictæ non sit directe, & tanquam eius species pertinet; aut neque ad strictam iustitiæ speciem aliquam, & directe pertinere: quia neque ex iure stricto vnus contra alium, & huius debito ad illum (sine quibus species nulla strictæ iustitiæ, omnium sententia, esse potest, à Deo exercetur: quare cum actum præmiandi exactissime iustorum meritis indirecte solum, & reductivè ad iustitiam spectare, tanquam partem potestativam illius, quia, quoad observationem aequalis in præmiis reddendis strictæ iustitiæ forma à Deo servatur: aut defectu iuris, & debiti stricti inter præmiatam, & præmiatum à iustitiæ strictæ proprietate deficit in Deo, quod ipsum ratione defectus eiusdem de actu puniendi in Deo dictum puta: formaliter, & directe nullius ex generalibus virtutibus moralibus esse, sed solum esse iustitiæ partem potestativam.

6. Hanc vim argumenti; quod contra affirmantem, suam etiam, sententiam ex huius solutionis doctrina confici posse vidit, conatur eludere Ioannes Præpositus: contendens iustitiam propriam vindictivam solum esse iustitiæ proprie dictæ potestativam partem, quæ debitum, iustque strictum natura sua non requirat, ac subinde à iustitiæ proprie & strictæ dictæ proprietate deficiat; etsi tota proprietate vindictiva iustitia sit, atque iustitia alterius, quæ debitum & ius strictum requirit, pars solum potestativa. Contra tamen: quia ea doctrina de iustitia vindictiva univèrsim sumpta, prout ab increata abstracta, & creata singularis, contra Aristotelem, reliquosque Philosophos, & Theologos est, qui iustitiam strictam talē, & requirentem debitum vnus & ius alterius strictum in illam diuidunt in commutativam distributivam, & vindictivam & partem distributivam tota sua amplitudine acceptæ reputant: ac proinde iustitiam propriam, & strictam diuisione prima in commutativam & distributivam diuidunt adæquare: in ea vindictivam, seu distributivam poenarum pro sceleribus delinquentium continetur. Tertiò:

quia, ut huius questionis præfatione dicebamus iustitia distributiva pars in præmiis reddendis à vindictiva, quæ alia pars est in reddendis poenis, seu suppliciis sola materia bonorum seu malorum pro meritis, nullaque alia formalis ratione differunt, at per se pars illa distributiva poenarum debitum; & ius est sua ratione formalis requirit, ergo, & pars distributiva poenarum. Quarta demum quæ hac abstractione à stricto debito, & iure in vindictivam secundum se spectata admissa, eadem facilitate in distributiva admittetur, admittique debet; quin contra hanc in Deo, & commutativam admittentes, quidam Ioannis Præpositi & reliquorum negantium argumenta præstent, semel hoc iuris, & debiti stricti carcere perfracto.

7. Inde facile negatur confirmationis, cui adde Ruiz noster fidei, consequentia, antecedente admissio, cum quim duo essentialiter iustitia propria, & stricta vindictiva requirat, ius nempe & debitum strictum, atque demeriti, & supplicij aequalitatem, etiam ex parte potestatis ab ea deficere citè contrariari, nempe ob aequalitatis, vel ob iuris debiti defectum: quare supplicium excedens iustitiæ vindictivæ contrariatur, adhuc in Deo, ut iudice, si per impossibile excederet; quin non excedens ex iustitia strictæ vindictivæ sit ob debiti stricti defectum: sed multa eruditio, & ratione Theologica debitum hoc strictum puniendi peccatores in Deo contrariari ostendere, ne ea ex parte in eorum supplicia à stricto & proprie vindictivæ iustitia cuiusmodi exercitum debeat: fundamenta fortiora eo deueniunt, ut, ex quo le Deus iudicem omnium legum suarum, & poenarum promulgatione rationalibus creaturis declaravit puniendi illos, non ius solum sed & debitum habeat, contra quod, & iustitiam ageret, si eos non puniret: iuxta id Psalmi 49. *existimasti iniqui quod ero tui similis? arguam te, & vinum contra faciem tuam*: scilicet peccata tua. Dicit principium fundamentorum pro debito stricto Dei ad poenam infligendas adducendo à nostro Ruiz exoritur: quia alia plura fundamenta ipsius supra à nobis innata quod rerum ipsarum debitum aliquo debito personæ, qui eas alteri debeat, ad strictam inter eos iustitiam constituendam sit satis. Cæterum nec apparatus roboris ratio vim habet siquidem nec iudiciaria Deo potestas ab ea promulgatione pendet, eam continetur, sed ipsius naturæ, & essentia est agnata potestas constitutionalis respublica eo ipso, quod sit, subiecta, & subordinata natura sua est. Promulgatio vero illa poenarum, in ita punio finaliter peccatores Deus efficaciter statueret, nullatenus Deum ad immobilitatem poenarum teneret: tamen autem ex decreti sui immobilitate, & veritate promulgationis suæ, cum decreti eius, tum poenæ infligendæ: quod quantum à debito stricto iustitiæ abstractæ superioribus ostendimus, est quippe debitum decessit suæ, ac sibi ipsi totum, non alteri.

8. Nec aliud verba adducta Psalmi 49. *tu facies iniqui enim nomen*, quo iudicandum peccatorem perperam compellat, non strictam solum iustitiam significat, sed peccatum quodvis vi patet. Secundo in eo Psalmi, est de finali iudicio alterius vitæ agitur, non tamen de illo solo, sed & in præsentem, nec cum peccatoribus solum, sed cum iustis, ut constat ex verbis anterioribus præsertim 14. & 15. nec verba obiecta de poenarum infligendis, sed de convincendis peccatorum sceleribus sunt, quin eorum tergiversationi illis locus superius illis exceptionibus de falso impositis criminalibus in Tribunalibus evenit: maxime, quibus peccatores & scelerati iustis adfunt, constat ex textu ipso opposito, & immo antecedente: quod sic habet. *Sedens in iudicio, siue vindex adversus fratrem suum loquebari*: & *adversus fratrem suum mater sua ponebas scandalum*. Illas scilicet & iustitiam autem me, per silentium, tuis contra innocentes constituit, se calumniis putes, tuque prauitatis. *existimasti iniqui quod ero tui similis? calumnias, scilicet, tuas probavi*. At non potius reprobandasque in iudicio obferans: *atque statim contra faciem tuam peccata, omnia, & vicia, & iniquitatem ipse in iudicio meo oculatus testis contra te ipsum meque iniquitatem ostendens, non quidem Patrum delicta potius obferatorem, exactissimum iudicem, vnde claret eis verbis intentum. Ruiz nostri non probat.* CERTAM